

Nec fuit Austriacos, inter preclarior alter  
Heros, his negotijs,  
Qui tot masculine esset virtutibus auctus.  
Belli, togæq; tempore.  
O felix igitur, Paridis qui munia supplet,  
Illiq; pomum consecrat,  
Cuius ab auspicijs, velut igni dona probantur,  
Donum libellus aureus.

Casparus Rihelius Med. stud.

### Ad Authorem.

Quos ars, robur, opes, doctrina scientia, virtus  
Extulit, his olim fama perennis erat.  
Nec non omnigenas in formas, corpora veris,  
Pro meritis atas, credidit illa suis.  
In flores alios, alios in bruta meare,  
Involucres alios, squamigerumq; genus.  
Sic alios cæli, voluit misericier astris,  
Aeternum ut rutilent, sidera celsa polo,  
Fiueret ô utinam nobis, nunc prisca vetustas,  
Essent sub pedibus cuncta locata tuis.

### Aliud.

Saturnus, belliq; Deus, Cyllenius heros,  
Iupiter æthereus, Cynthia Luna, Venus.  
Quotq; faces, cæli supremus continet axis,  
Non nisi clementi solis ab igne nitent.  
Fallor, an hic Author, vel sol illustrat olympum.  
Lumine nam stellas donat ut erg; suo.

Idem Casparus Rihelius,  
Med. Studiosus.

ad